



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 7. Serpentes hominum custodes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](#)

que dum hortulanus rediret, deorsum capite pen-  
pendit. Consueta hora venit hortulanus, pen-  
dentem in sepe furem reperit, serpenti autem  
dixit: Gratias ago Deo, implesti, quod iussi: re-  
cede modè: qui statim abscessit. ad furem verò  
perueniens, ait: quid est frater? tradidit te mihi  
Deus, quare in labore monachorum furtum  
facere toties præsumpsisti? qui hec dicens, pedem  
illius à sepe, in qua inheserat soluit, eumq; sine  
lesione depositus. Cui dixit: sequere me: quem se-  
quentem duxit ad horti aditum, & olera, qua  
furto appetebat auferre, ei cum magnâ dulce-  
dine prabuit, dicens: Vade, & post hac furtum  
non facias: sed cùm necesse habes, huc ad me  
ingredere, & qua tu cum peccato laboras tollere,  
ego tibi deuotus dabo. Furto læsit hortulanum  
iste, & vt læderet, sepem dissipauit; lædendus  
vicissim, nisi Deus, ad mentem hortulani a-  
spexisset. Etenim coluber eum momordisset,  
nisi bonus ille Religiosus, furtum magis,  
quām furem odiasset.

## §. VII.

*Serpentes hominum custodes.*

**Laërt. in' gita eius.** Nec nouum est, serpentes esse hortorum  
custodes, cùm legantur & hominum fuisse  
defensores. Heraclides Ponticus Philoso-  
phus draconem habuit mansuetum, eun-  
ti &

tì & quiescenti solitum adesse , & assistere  
velut comitem. Didymus Abbas & Ana-  
choreta colubros & serpentes innoxios tra-  
ctabat. Cinitas est in Achaia , nomine Patre, Ælian,  
ait Ælianus. In ea puer ( Thoas ) draconem lib. 13.  
parvulū emebat. magnāq; cum cura educabat, Variar.  
cumq; creuisset, loquebatur quasicum intelligen-  
te, ludens ac dormiens cum ipso. Cùm vero ad  
ingentem magnitudinem draco peruenisset , in  
solitudinem à Cinibus est dimissus. Pòst cùm puer  
adolescens factus reuersus à spectaculo quodam-  
cum aliquibus aquilibus in latrones incidisset, &  
clamorem extulisset, ecce draco praesto est, & alios  
in fugam vertit, alios interimit, ipsuno vero sal-  
uum conseruat.

## §. VIII.

*Sepem dissipare quam sit malum?*

Nonnè hos coluber momordit , cùm iu- Iob. 26.  
uenem hunc , tamquam sepem dissipare 13.  
vellent ? Quamuis & aliis est, coluber tor-  
tuosus, qui in Paradiso primos parentes mo-  
mordit, de quo scriptū est : Non est caput ne- Eccli. 25.  
qui super caput colubri, qui mordet Dei le. 22.  
gem, tamquam sepem, dissipantes, nec dam-  
num dumtaxat damno, sed utiq; longè gra-  
uius damnum reponit. Quanta enim cum-  
que sit iniuria alteri illata, numquam tamen  
tantum